



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata  
Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1535**

**VD16 B 9759**

Quod peccatoribus & relapsis aditus ad gratiam semper pateat

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35433**

ne, quod post hac non peccemus, quod optimum fore  
puto si ita uiueremus. Nam illi hoc studiose faciunt.

## QVOD PECCATORI ADITVS

fit ad gratiam, quoties resipiscit: & quod  
nemo sit absq; peccato.

## IOIADA.

**P**rob deum immortalem quod tam misere sibi VIII.  
oculos præstringi patiuntur simplices. Si Me= TRACT.  
nander & Simon redirent, credo asseclas essent  
reperturi, quum Nouati & Catharorum secta ac hæ  
resistatam fidei apud multos reperit. SIMON.

Quid hæc sibi uolunt? IOIADA. Quod di  
cti heretici circa annum M. CC. idem docuerunt,  
quod tu de catabaptistis attulisti. Relapsis enim omnē  
gratiā negabat, arrogabat sibi uitæ puritatē, propriā  
congregabant ecclesiā, nullam cōmunionem cum pec  
catoribus habere uolentes. Interim arrogantia, inui  
dia, odio, contentione, auaritia, intemperantia uitæ  
mortales omnes uincebant. Sed de hoc uide Cypr. epi  
stola 4. ad Antonianū. Catabaptistæ, si rem pœnitius  
consyderes, omnino Catharis similcs sunt, idem cum  
illis docēt, suspecti ergo sint tibi. Non potest is uerum  
docere nec iustus esse, qui cum manifestis hereticis ui  
ta, moribus, conuersatione & doctrina consentit. Aut

quomodo tibi probari possunt hi, quos p̄ij quiq; sem  
per sunt auersati? SIMON. Ego Catharos n̄  
hil moror, nec scio qui sint Cathari. Quod uero cat-  
baptistis hac in re assentior scripturæ me cogūt. Non  
ergo ipsis, sed scripture credo. IOIADA.

Hoc est quod dixi, & iam repeto, nihil esse quod  
catabaptistas in errore & audacia magis confirmet  
quam ignorantia. Quod si historias legissent, & uen-  
tera gustassent, modestiores & minus confidentes es-  
sent futuri. An non miserares est imò periculosa, quod  
homines tam rudes, tam omnium rerum inexperti, do-  
ctores esse uolunt? Quo fit ut omnia corrumpāt, con-  
fundant, ac subuertant, nam scripturas non rite intelli-  
gunt. Quod Paulus ad Hebr. 6. & Petrus scribunt,  
non probat hoc quod catabaptistæ uolunt, sed quod  
his, qui à fide deficiunt & per infidelitatem de miser-  
ricordia dei per Christum desperāt, nulla sit remissio.  
Nam hi in spiritum sanctum peccant, quod peccatum  
neq; hic neq; in futuro sèculo remittitur, ut docet Chri-  
stus Matth. 12. & 1. Ioan. 5.

Sed tu mi Simon uerba apostolorum Pauli & Pe-  
tri ipse discute & expende, & consydera in quem  
usum dicantur, nempe impossibile esse quod is excidat  
qui semel recte credidit. Petrus cū cæteris à Christo  
interrogatus, an & ipsi essent abituri, respondit: Do-  
mine ad quē iremus, uerba uita æternæ habes. Et nos  
cognouimus